

Universitätsbibliothek Wuppertal

Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

Liber XIII

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)

Epistolarum familiarium

& innuo cognitū, per te ipm, que tua natura est, dignū tua amicitia, atq; hospitio iudicabis. Peto igit a te, vt his literis lectis recipias eū in tuā fidē: polliceare oīa te facturū mea causa. De reliquo, si id qd cōfido, fore dignū eū tua amicitia, hospitioq; cognoueris, peto vt eū cō- plectare, diligas, in tuis habeas. Erit id mihi maiorē in modum gratum. Vale.

M. T. C. ALIENO PROC. S. P. D.

Cōmend.



T te scire arbitror, quāti fecerī C. Auianū Flaccū, & ego ex ipso audierā opti- mo & gratissimo hoīe, q̄ a te liberaliter esset tractat⁹. Eius filios dignissimos illo patre, meosq; necessarios, quos ego vnice diligo, cōmēdo tibi s̄, vt maio- re studio nullos cōmēdare possim. C. Auian⁹ ī Sicilia est. Marcus est nobiscū. Vt illi⁹ dignitatē p̄ntis ornes, rē vtriusq; defendas, te rogo. Hoc mihi grati⁹ ī ista p̄uicia facere nihil potes. Idq; vt facias, te vehemēter etiā, atq; etiā rogo. Vale.

M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER. XIII.

M. T. C. TERENTIAE, ET TVLLIAE, ET CICERONI SVIS S. P. D.

Amatoria.



T literis multoꝝ, & sermone oīm p̄fert ad me, incredulē tuā vir- tutē, & fortitudinē eē, teq; nec animi, nec corporis laborib⁹ defatiga- ri. Me miserū, te ista virtute, fide, p̄bitate, hūanitate, in tātas erūnas p̄pter me icidisse: Tulliolāq; nostrā, ex quo patre tātas voluptates capiebat, ex eo tātos p̄cipe luctus. Nā qd ego de Cicerone dicā: q̄ cū primū sapere coepit, acerbissimos dolores, miseriasq; p̄cepit. Quae si, vt tu scribis, fato facta putarē, ferrē paulo facilius, sed oīa sunt mea culpa cōmissa, q̄ ab iis me amari putabā, q̄ inuidebāt: eos nō seq̄bar, qui petebāt. Q; si n̄ris cōsiliis vsi essem⁹, neq; apud nos tātū valuis- set sermo aut stultoꝝ amicoꝝ, aut iprobꝝ, beatissimi viueremus.

Pestilētia.

Nunc qm sperare nos amici iubēt, dabo operā, ne mea valetudo tuo labori desit. Res quāta sit intelligo, quātꝝ fuerit facilius manere domi, q̄ redire. Sed tñ si oīs tribunos ple. habem⁹, si Lēculū tā studiosū, q̄ videt, si vero etiā Pōpēiū, & Cēsarē, nō est desperādū. De familia, quō pla- cuisse amicis scribis, faciem⁹. De loco, nūc qdē abiit pestilētia, sed q̄diu fuit, me nō attigit. Plā- cus hō officiosissim⁹ me cupit esse secū, & adhuc retinet. Ego volebā loco magis deserto eē ī Epiro, quo neq; Hyspo veniret, nec milites: sed adhuc Plācus me retinet, sperat posse fieri, vt mecū in Italiā decedat. Quē ego diē si videro, et si ī vestrū cōplexū venero, ac si & vos, & me ipm recuparo, satis mihi magnū fructū videbor p̄cepisse, & vestrę pietatis, & meę. Pisonis hūa- nitas, virtus, amor ī oīs nos tāt⁹ est, vt nihil supra possit. Vtinā ea res ei voluptati sit, gl̄ie q̄ dē video fore. De Q. Fratre nihil ego te accusaui, sed vos, cū p̄serti tā pauci sitis, volui eē q̄cō- iūctissimos. Quib⁹ me voluisti agere gr̄as, egi, & me a te certiorē factū eē scripsi. Qd ad me mea Terētia scribis, te vicū vediturā, quid obsecro te, me miserū, qd futurū ē! Et si nos p̄met eadē fortuna, qd puero misero fiet: Nō queo reliq; scribere, tāta vis lachrymarū ē, ne te ī eūdē fletū adducā. Tm scribo, si erūt ī officio amici, pecunia nō deerit: si nō erūt, tu efficere tua pecunia nō poteris. Per fortunas miseras n̄ras vide, ne puerū pditū pdam⁹. Cui si aliqd erit, ne egeat, mediocri virtute opus ē, & mediocri fortuna, vt cetera cōsequat. Fac valeas, & ad me tabel- larios mittas, vt sciā qd agat, & vos qd agatis. Mihi oīno iā breuis expectatio ē. Tulliolę, & Ci- ceroni salutē dic. Datū ad. vi. Cal. Decēb. Dyrrachii. Dyrrachiū veni, q; & libera ciuitas est, & ī me officiosa, & p̄xima Italię. Sed si offendet me loci celebritas, alio me cōferā, & ad te scribā.

Filio timet

M. T. C. TERENTIAE, ET TVLLIAE, ET CICERONI SVIS. S. D. P.

Amatoria.



Oli putare me ad quēq; lōgiore epistolas scribere, nisi si qs ad me plura scri- psit, cui puto rescribi oportere. Nec. n. habeo qd scribā, nec hoc tpe q̄c̄q; dif- ficili⁹ facio. Ad te vero, & ad nostrā Tulliolā nō q̄o sine plurimis lachrymis scribere. Vos. n. video eē miserimas, quas ego beatissimas semp eē volui, id q; p̄stare debui, & nisi tā timidū fuisset⁹, p̄stirisset. Pisonē nostrū merito ei⁹ amo plurimū. Eū, vt potui, p̄ l̄ras cohortat⁹ sū, gr̄asq; egi, vt debui. In nouis trib. pl. intelligo sp̄e te habere: id erit firmū, si Pōpēiū volūtas erit, sed Crassum tñ metuo. A te qdē oīa fieri fortissime, & amarissime video, nec miror, sed mœreo casū eiusmodi, vt tātis tuis miseris meę miserie subleuent. Nā ad me P. Valerius hō officiosus scripsit, id qd maximo cū

Mœreo casum.

fletu legi, quæadmodum a Vestæ ad tabulam Valeriæ ducta esses. Hem mea lux, meum desiderium, unde omnes opera petere solebant, te nunc mea Terentia sic vexari, sic iacere in lachrymis, & sordibus, idque fieri mea culpa, quæ ceteros servavi, ut nos precerem? Quod de domo scribis, hoc est de area, ego vero tunc denique mihi videbor restitutum si illa erit nobis restituta. Verum hæc non sunt in nostra manu. Illud doleo, quod ipsa facienda est in eius parte, miseram, & despoliatam venire. Quod si conficiat negotium, omnia consequemur: sin eadem nos fortuna premet, etiam ne religas tuas misera precias, obsecro te vita mea. Quod ad superius attinet, & sine aliis quæ possunt, si modo voluit, sustinere, & valetudinem istam infirmam si me amas, noli vexare. Nam mihi ante oculos dies, noctesque versaris. Omnes labores te excipere video, timeo ne sustineas, sed video in te esse omnia. Quare ut id quod speras, & quod agis, consequemur, servum valetudini. Ego ad quos scribam, nescio: nisi aut ad eos quæ ad me scribunt, aut ad eos, de quibus ad me vos aliquid scribitis. Longe quoniam vobis ita placet, non discedam: sed veli quæsepissime literas mittaris, preferam si quod est firmum quod speramus. Valete mea desideria, valete. Datum ad. iiii. No. Octob. Thessalonice.

M. T. C. TERENTIAE, ET TVLLIAE, ET CICERONI SVIS. S. P. D.



Cepi ab Aristocrito tres epistolas, quas ego lachrymis prope deleui. Conficiam. n. moerore mea Terentia, nec me meæ miserie magis excruciat, quam tuæ, vestraque. Ego autem hoc miserior sum, quam tu, quam es miserima, quoniam ipsa calamitas communis est utriusque nostrum, sed culpa mea propria est. Meum fuit officium, vel legatione vitare periculum, vel diligentia, & copiis resistere, vel cadere fortiter: hoc miserius, turpius, indignius nobis nihil fuit. Quare cum dolore conficiam, tamen etiam pudore. Pudet enim me uxori meæ optime, suavissimis liberis, virtutem, & diligentiam non prestitisse. Nam mihi ante oculos dies, noctesque versat squallor vester, & moeror, & infirmitas valetudinis tuæ: spes autem salutis penitus ostendit. Inimici sunt multi, invidi pene omnes. Eicere nos magnum fuit, excludere facile est. Sed tamen quod diu vos eritis in spe, non deficiam, ne omnia mea culpa cecidisse videantur. Ut tuto sim, quod laboras, id mihi nunc facillimum est, quæ etiam inimici volunt vivere in tantis miseris. Ego tamen faciam quæ precipis. Amicis, quibus voluisti, ego gratias: & eas literas Desippo dedi, meque de eorum officio scripsi a te certiore esse factum. Pisonem nostrum mirifico esse studio in nos, & officio, & ego precipio, & omnes predicant. Dii faxint, ut tali genero mihi presentem tecum simul & cum liberis nostris frui liceat. Nunc spes reliqua est in novis Tribunis plebis, & in primis quod diebus. Nam si fuerit actum est. Ea re ad te statim Aristocritum misi, ut ad me continuo initia rerum, & rationem totius negotii posses scribere. etsi Desippo quoque ita impavi, statim ut recurret: & ad fratrem misi, ut crebro tabellarios mitteret. Nam ego eo nomine sum Dyrrachii hoc tempore, ut quæcelerrime quod agam audiam, & sum tuto. Civitas enim hæc semper a me defensa est. Cum inimici nostri venire dicent, tamen in Epirum ibo. Quod scribis si velim te ad me venturam, ego vero cum sciam magnam partem istius oneris abs te sustineri, te istuc esse volo. Si proficis quod agitis, me ad vos venire oportet. Sin autem, sed nihil est opus reliqua scribere. Ex primis autem ad summum secundis literis tuis constituere poterimus, quod nobis faciendum sit. Tu modo ad me velim omnia diligentissime prescribas, etsi magis iam rem quam literas debeo expectare. Cura ut valeas, & ita tibi persuadeas, mihi te charius nihil esse, neque unquam fuisse. Vale mea Terentia, quam ego videre videor. itaque debilitor lachrymis. Pridie Cal. Decemb.

M. T. C. TERENTIAE, ET TVLLIAE, ET CICERONI SVIS. S. P. D.



Go minus sepe ad vos do literas, quam possum, propterea quod tamen omnia mihi tempora sunt misera: tamen vero cum aut scribo ad vos, aut vestras lego, conficiam lachrymis, sic ut ferre non possum. Quod utinam minus vite cupidus fuisset, certe nihil, aut non multum in vita mali vidisset. Quod si nos ad aliquam alicuius commodi aliquando recuperandi spem fortuna reservavit, minus est erratum a nobis, si hæc mala fixa sunt. Ego vero te quamprimum mea vita cupio videre, & in tuo complexu emori, quam neque dii, quos tu castissime coluisti, neque homines, quos ego servavi semper, nobis gratiam retulerunt. Nos Brudusii apud M. Ennium Flaccum dies. xiiii. fuimus, virum optimum, quod periculum fortunatum, & capitis sui pro mea salute neglexit, neque legis improbissime poena deducta est, quo minus hospitium, & amicitiam ius, officiumque prestatet. Huic utinam aliquando gratiam referre possim: habemus quod semper. Brudusio profectus sum ad quantum Cal. Maii per Macedoniam, & Cizycum peribam. O me perditum. O me afflictum, quid nunc rogem te ut venias mulierem egram, & corpore, & animo confortata: Non rogem. Sine te igitur sum, opinor. Sic agam. Si est spes nostri reditus, eam confirmes, & rem adiuves. Sin, ut ego metuo, tractatum est quoquo modo potes ad me fac venias. Unum hoc scito, si te habebis, non mihi videbor plane perisse. Sed quod de Tulliola mea fiet, iam id vos videte, mihi deest consilium. Sed certe quoquo modo res se

Terentia vexata.

Datum.

Amatoria.

Cum, tu.

Piso.

Istic. Aposiopea sis.

Amatoria.

Epistolarum familiarium

habebit, illius misellæ & matrimonio, & famę seruiendū est. Quid Cicerō meus! Quid agetis? Tu vero sis in sinu semp, & cōplexu meo. Nō queo iā plura scribere. Impedit mœror. Tu qđ egeris, nescio: vtrū aliqd teneas, an qđ metuo, plane sis spoliata. Pisonem, vt scribis, spero fore semp nostrū. De familia liberata nihil est, qđ te moueat. Primū tuis ita pm̄ssum est te facturā esse, vt qđ esset meritis. Est autē ī officio adhuc Orpheus, pręterea magnope nemo cęterorę seruoę. Ea causa est, vt si res a nobis abesset, liberti nostri essent, si obtinere potuissent. Sin ad nos ptinerēt, seruirēt. pręterq̄ oppido pauci. Sed hęc minora sunt. Tu qđ me hortaris, vt animo sim magno, & spem habeā recuperādę salutis, id velim sit eiusmodi, vt recte sperare possimus. Nūc miser qñ tuas iā literas accipiā: quis ad me perferet! Quas ego expectassem Brundusii, si esset licitū p nautas, qui tēpstatē p̄mittere noluerūt. Qđ reliquū est, sustēta te mea Terentia, vt potes, honestissime viximus, floruimus: nō vitii nostrū, sed virtus nostra nos afflixit. Peccatū est nullū, nisi qđ nō vna animā cū ornāmētis amissimus. Sed si hoc fuit liberis nostris gratius nos viuere, cętera, q̄q̄ ferēda nō sunt, feram⁹. Atq; ego, qđ te cōfirmo, ipse me nō possū. Clodii Philaterū, qđ valetudine impediēbat oculoę, remisī hominē fidelem. Sallustius officio vincet omneis spes. Cennius est perbeneuolus nobis, quē semp spero tui fore obseruatē. Sicca dixerat se mecū fore, sed Brūdusio discessit. Cura, quoad potes, vt valeas: & sic existimes, vā hemētius me tua miseria, q̄ mea cōmoueri. Mea Terentia fidissima, atq; optima vxor, & mea charissima filiola, & spes reliqua nostra Cicerō valere. Pridie Cal. Maias Brundusii.

M. T. C. TEREN. ET TVLSVIS. S. P. D.

Familia liberata.
Quisq; meritis.
Oppido pauci.
Tēpstatas.
Sallustius.
Terentia blanditur.
Amatoria.
Reddite.

I tu, & Tullia lux nostra valetis, ego, & suauissimus Cicerō valem⁹. Pridie Idus Octobris Athenas venimus, cū sane aduersis vētis vsi essem⁹, tardeq; & incōmode nauigassemus. De nauī exeūtibus nobis Achastus cū literis p̄sto fuit vno & vigesimo die. sane strenue accepī tuas literas, qbus intellexi te vereri ne superiores mihi reddite nō essent. Omnes sunt reddite, diligētissimi meq; a te perscripta sunt oīa, idq; mihi gratissimū fuit. Neq; sum admirat⁹ hanc epistolā, quā Achastus attulit, breuē fuisse. Iam em̄ ipsum expectas, siue nos ipsos: qui qđ dem qđ primū ad vos venire cupimus, et si in quā tempu. venimus, intelligo. Cognoui em̄ ex multorę amicoę literis, quas attulit Achastus, ad arma rem spectare, vt mihi cū venero disti mulare nō liceat, quid sentiā. Sed quādo subeūda fortuna est, eo citius dabimus oprā vt veniamus, quo facilius de tota re deliberemus. Tu velim, qđ cū cōmodo valetudinis tuę fiat, qđ longissime poteris obuiā nobis properes. De hereditate Pretiana, quę quidem mihi magno dolori est, (valde em̄ illū amaui) hoc velim cures, si auctio ante meū aduentū fiet, vt Pomponius, aut si is minus poterit, Camillus nostrū negotiū curet. Nos cū venerimus, reliqua p nos agemus. Sin tu iā Roma pfecta eris, tamē curabis vt hoc ita fiat. Si dii nos adiuuabūt, circiter Idus Nouēb. in Italia speramus fore. Vos mea suauissima, & optatissima Terentia, & Tulliola, si nos amatis, curate vt valeatis. Athenis ad. XV. Cal. Nouemb.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

Nec sape est cui literas demus, nec rem habemus vllam, quā scribere velimus. Ex tuis literis quas proxime accepī, cognoui prędiū nullū venire potuisse. Quare videas velim quomodo satiffiat ei, cui scis me satiffieri velle. Qđ nostra tibi gratias agit, id ego non miror te mereri, vt ea tibi merito tuo gratias agere possit. Pollucem, si adhuc non est profectus, q̄primū fac extrudas. Cura vt valeas. Idibus Quin. Vale.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

Medicinā fecisse mihi

Mneis molestias, & sollicitudines, quibus & te miserrimā habui, id qđ mihi molestissimū est, Tulliolāq; q̄ nobis nostra vira dulcior est, deposui & eieci. Quid causę autē fuerit, postredie intellexi, qđ a vobis discessi. *χολών ἀνατοπ* noctu eieci statim. Ita sum leuatus, vt deus mihi aliquis medicinā fecisse videatur. Cui quidem tu deo, quemadmodū soles, pie, & caste satiffacias, idest Apollini, & Aesculapio. Nauim spero nos valde bonā habere, ī eā simulatq; cōscēdi, hęc scripsi. Deinde cōscribā ad nostros familiareis multas epistolas, qbus te, & Tulliolā nostrā diligētissime cōmēdabo. Cohortarer vos, qđ animo fortiore essetis, nisi vos fortiores cognoscerē, qđ quēq; virū. Et tñ eiusmodi spero negotia eē, vt & vos istic cōmodissime sperem esse, & me aliquando cū similibus nostris temp. defensurū. Tu primū valetudinem tuam

Liber. XIII. Fo. LXXIII.

velim cures. Deinde tibi si videbitur, villis iis vtere, q̄ longissime aberūt a militibus. Fundo Arpinati bene poteris vtī cū familia vrbana, si annona carior fuerit. Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicit. Vale. Datum. III. Idus Iunii.

Cicero bellissimus. Datum.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

SI vales bene est, ego quidem valeo. Valerudinē tuam velim cures diligētissime. Nā mihi, & scriptum, & nunciatū est, te in febrim subito incidisse. Q̄ celeriter me fecisti de Cæsaris literis certiozem, fecisti mihi gratum. Item posthac si quid opus erit, si quid acciderit noui, facies vt scia. Cura vt valeas. Vale. Datum. iiii. nonas Iunias.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

AD ceteras meas miseras accessit dolore Dolabellę valerudinē, & Tulliaę omnino de omnibus reb⁹ nec quid consilii capiā, nec quid faciam, scio. Tu velim tuam, & Tulliaę valerudinē cures. Vale.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

Vid fieri placeret scripsi ad Pōponium serius, q̄ oportuit. Cū eo si locuta eris, intelliges quid fieri velim. Apertius scribi, quando ad illum scripseram, necesse non fuit. De ea re, & de ceteris rebus, q̄ primum velim nobis literas mittas. Valetudinē tuā cura diligenter. Vale. septimo Idus Quin.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

SI vales bene est, valeo. Tullia nostra venit ad me pridie Idus Iunii: cui⁹ summa virtute, & singulari hūanitate grauiore etiā sum dolore affect⁹, nra factū esse negligētia, vt lōge alia in fortuna esset, atq̄ ei⁹ pietas ac dignitas postulabat. Nobis erat in aīo Ciceronē ad Cæsare mittere, & cū eo Cn. Sallustium. Si profectus erit, faciam te certiozem. Valetudinē tuam diligenter cura. Vale. xiiii. Cal. Quin.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

Quod nos in Italiā saluos venisse gaudes, perpetuo gaudeas velim. Sed perturbati dolore animi, magnisq̄ iniuriis, metuo ne id, consilii ceperimus, qd̄ non facile explicare possimus. Quare quantū potes adiuua. Quid aut̄ possis, mihi in mentem non venit. In viam q̄ te des hoc tēpore, nihil est, & longū est iter, & non tutum. Et non video quid prodesse possis, si veneris. Vale. Datum pridie Nonas Nouemb. Brundusii.

In viā des.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

Quod scripsi ad te proximis literis de nuncio remittendo, quę sit istius vis hoc tempore, & quę cōcitatio multitudinis, ignoro. Si metuēdus iratus est, quies tū ab illo nascetur fortasse. Torū iudicabis quale sit: & qd̄ in miserrimis rebus minime miserum putabis, id facies. Vale. VII. Idus Quin.

TULLIVS TERENTIAE, ET PATER TULLIOLAE, DVABVS ANIMIS SVIS, ET CICERO MATRI OPTIMAE, ET SVAVISSIMAE SORORI. S. P. D.

Duab⁹ animis.

SI vos valetis, nos valemus. Vestrū iam consiliū est, non solū meū, quid sit vobis faciendū. Si ille Romā modeste vēturus, recte in presentia domi esse poteris. Sin homo amēs diripiēdā vrbē daturus est, vereor vt Dolabella ipse satis vobis pdesse possit. Etiā illud metuo, ne iā intercludamini, vt cū velitis exire nō liceat. Reliquū est, qd̄ ipse optime cōsiderabit, vestri similes fœminę sint ne Romę. Si, n. nō sunt, videndū est vt honeste vos esse possitis. Quomodo cū nūc res se habet, modo vt hęc vobis loca tenere liceat, bellissime vel mecum, vel in nostris pdiis esse poteritis. Etiā illud verendū est, ne breui tēpore fames in Vrbe sit. His de rebus velim cū Pōponio, cū Camillo, cū qb⁹ vobis videbit, cōsideretis. Ad summā, aīo forti sitis. Labienus rē meliorē fecit. Adiuuat etiā Piso, q̄ ab Vrbe discedit, & sceleris cōdenat generū suum. Vos meę charissimę aīę, q̄ sepissime ad me scribite, & vos qd̄ agatis, & qd̄ istic agat. Quintus pater, & filius, & Rufus vobis salutē dicunt. Valere. VIII. Calen. Quin. Minturnis.

Ad summam. Aīę charissime.

M. T. C. TERENTIAE SVAE. S. P. D.

SI vales bene est, valeo. Cōstitueramus, vt ad te antea scripseram, obuiam Ciceronem Cæsari mittere. Sed mutauimus consilium, quia de illius aduentu nihil audiebamus. De ceteris rebus, etiā nihil erat noui, tamen quid velimus, & quid hoc tempore pu

Epistolarum familiarium

temus opus esse, ex Sicca poteris cognoscere. Tulliam adhuc mecum teneo. Valetudinē tuā cura diligenter. Vale. XII. Calen. Quinti.

M. T. C. TERENTIAE SVAE. S. P. D.

Etsi eiusmodi tempora nostra sunt, ut nihil habeam, quod aut a te literarum expectem, aut ipse ad te scribam, tamen nescio quo modo, & ipse vestras literas expecto, & scribo ad vos cum habeo qui ferat. Volumina debuit in te officiosior esse, quam fuit: & id ipsum quod fecit, potuit diligentius facere, & cautius, quam alia sunt, quae magis curemus, magisque doleamus. Quae me ita conficiunt, ut si voluerunt, qui me de mea sententia detruserunt. Cura ut valeas.

M. T. C. TERENTIAE. S. D.

Si quid haberem, quod ad te scriberem, facerem id, & pluribus verbis, & sepius. Nunc quae sunt negotia vides. Ego autem quomodo sim affectus, ex Leptra, & Trebatio poteris cognoscere. Tu fac, ut tuam, & Tulliae valetudinem cures. Vale.

M. T. C. TERENTIAE, ET TVLLIOLAE SVIS. S. D.

Animae
meae.

Absesse Ro-
ma.
Mulieres.

Considerandum vobis etiam, atque etiam animae meae diligenter puto, quid faciatis: Romae ne sitis, an mecum in aliquo tuto loco. Id non solum meum consilium est, sed etiam vestrum. Mihi veniunt in mentem haec. Romae vos esse tuto posse per Dolabellam: eaque rem posse nobis adiumento esse, si qua vis, aut si quae rapinae fieri coeperint. Sed rursus illud me movet, quod video omnes bonos absesse Romam, & eos mulieres suas secum habere. Haec autem regio, in qua ego sum, nostrorum est tum oppidorum, tum etiam praediorum: ut & multum esse mecum, & cum abieritis, commode, & in nostris praediis esse possitis. Mihi non plane satis constat adhuc, utrum sit melius. Vos videte, quod aliae faciant isto loco foeminae: & ne cum velitis exire, non liceat. Id velim diligenter etiam, atque etiam vobiscum, & cum amicis consideretis. Domus ut propugnacula, & praesidium habeat Philotimo dicetis. Et velim tabellarios instituat is certos, ut quotidie aliquas a vobis literas accipiam. Maxime autem date operam, ut valeatis, si nos vultis valere. Octavo Calen. Formis.

M. T. C. TERENTIAE. S. D.

Maximis meis doloribus excruciat me valetudo: Tulliae nostrae. De qua nihil est, quod ad te plura scribam. tibi, neque magne cure esse certo scio. Quae me propius vultis accedere, video ita esse faciendum: etiam ante fecissem, sed me multa impediunt, quae nunc quidem expedita sunt. Sed a Pomponio expecto literas, quas ad me quamprimum perferendas cures velim. Da operam ut valeas.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

Labrum.
De Venusio.

In Tusculanum nos venturos putamus, aut Nonis, aut postridie, ibi fac ut sint omnia parata. Plures, ne fortasse nobiscum erunt, & ut arbitror, diutius tibi commorabimur. Labrum si in balneo non est, fac ut sit. Item cetera, quae sunt ad victum, & valetudinem necessaria. Vale. iiii. Calen. Octob. de Venusio.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

I vales bene est, ego valeo. Da operam ut conualescas: quod opus erit, ut res, tempusque postulat, provideas, atque administres, & ad me de omnibus rebus quamprimum literas mittas. Vale.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

Tabellarii.

Si vales bene est, ego valeo. Nos quotidie tabellarios vestros expectamus: qui si venerint, fortasse erimus certiores, quid nobis faciendum sit: faciemusque te statim certiores. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. Calen. Septemb.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

Si vales bene est, valeo. Reddite mihi iam tandem sunt a Caesare literae satis liberales, & ipse opinione celerius venturus esse dicitur. Cui utrum obviam procedam, an hic eum expectem, cum constituerem, faciam te certiores. Tabellarios mihi velim quamprimum remittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. Pridie Calen. Sexti.

M. T. C. TERENTIAE. S. P. D.

Si vales bene est, valeo. Nos neque de Caesaris adventu, neque de literis, quas Philotimus habere dicitur, quicquam adhuc certi habemus. Si quid erit certi, faciam te statim certiores. Valetudinem tuam fac ut cures. Vale. iiii. Idus Sextilis.